



FORMA PASSIVA VERBA DEPONENTIA

1 – GRAMMATICA ELEMENTA

a – Forma passiva

Forma passiva sic constituitur temporibus praesenti, imperfecto futuroque mutando terminationes:

-re →	-ri / -i
-o/-m →	-r
-s →	-ris
-t →	-tur
-mus →	-mur
-tis →	-mini
-nt →	-ntur

Amare → amari

Delere → deleri

Audire → audiri

Jacere → jaci

Legere → legi

amo → amor

deleo → deleor

audio → audior

jacio → jacior

lego → legor

amabam → amabar

delebam → delebar

audiebam → audiebar

jaciebam → jaciebar

legebam → legebar

amabo → amabor

delebo → delebor

audiam → audiar

jaciam → jaciar

legam → legar

Tria tempora alia constituta sunt participio perfecto adjunctione auxiliarii “esse”:

Amavi → amatus (a,um) sum amaveram → amatus (a,um) eram amavero → amatus (a,um) ero

b – Verba deponentia

Verba sunt, quae sensum activum habent cum forma passiva. Ergo eis deest forma activa. Vocantur “deponentia”.

Exempli gratia:

arbitrari, arbitratum

conari, conatum

gratulari, gratulatum

vereri, veritum

experiri, expertum

pati (-ior), passum

progredi / agredi (-ior), agressum

frui (-or), fructum

loqui (-or), locutum

proficisci (-or), profectum

sequi (-or), secutum

uti (-or), usum

2 – CONFABULATIO

Bini sodales inter se quaestiones et responsa faciunt, utentes via passiva vel deponentibus verbis. Non oportet semper vera dicere...

- 1) Quo modo libentius veheris? Tramine aut raeda?
- 2) Quid dicitur de Christophoro Columbo?
- 3) Quam saepe latine loqueris?
- 4) Conaberisne praesente Reipublicae fieri?
- 5) Num lingua anglica vulgabatur anno 1900°?
- 6) A quo deleta est Carthago?

- 7) Quales vacationes fuerunt quibus maxime fructus es?
- 8) Quod programma saepissime in televisione spectatur?
- 9) Quid fient alumni schola Scientiarum Politicarum?
- 10) Num vere visi sunt disci volentes in urbe Roswell? Quid arbitraris?

3 – SCRIPTUM: DE VESTIMENTIS

Franciscus et amica ejus obsonantur. Emptis cibis, eunt ad mercatum ut vestes calceamentaque inveniant.

- Cupisne hoc pallium nigrum?
- Pallium jam habeo. Sed synthesis canam probare vellim. Aut mastrucam solam probabo, bracas jam habeo.
- Optima videbitur cum focali rubro et subacula alba, nonne?
- Recte mones. Quid arbitraris de stola caerulea? Cum illo petaso, me pulchre ornabit!
- Specta, sunt promotiones pro impiliis: vide, sunt juxta subligaria, strophia, tunicas, femoraliaque.
- O, vide hunc thoracem laneum viridem! Licet idem habere aliis coloribus, flavo, luteolo, fusco, roseo, purpureo, flammeo, aut cum quadratis.
- Pulcher est, sed pretio immodico! Veni, ad proximam tabernam eamus!

Vocabulary:

- **braccae**: pantalon
- **caleci / calceamenta, orum**: chaussure
- **colores**: niger, albus, canus, ruber, viridis, caeruleus, roseus, flavus, fuscus, purpureus, luteolus, flammeus...
- **femoralia**: caleçon / short
- **focale, is, n**: cravatte
- **impilia, orum**: chaussettes (**tibialia**: bas)
- **mastruca**: veste
- **obsonari**: faire les courses
- **pallium**: manteau
- **petasus**: chapeau (**pilleus**: bonnet)
- **probare**: essayer
- **stola**: robe
- **strophium**: soutien-gorge
- **subligar, is, n**: sous vêtement
- **subacula**: chemise
- **synthesis, is**: complet
- **thorax laneus**: pull de laine
- **tunica**: T-shirt
- **vestes, is, f / vestimentum**: vêtement

4 – TRANSLATIO ORALIS

François et son amie font les courses (*obsonari*) Ils vont au marché (*mercatum*) pour trouver des vêtements (*vestimenta invenire*) Désires-tu un pantalon bleu américain ? (*americanae caeruleae braccae*) Je préfère (*malle*) un T-shirt rouge (*rubra tunica*). Ne penses-tu pas (*arbitrari*) que le prix des chaussures (*pretium, calceamenta*) cette année est extravagant ? (*immodicum*) Tu as raison (*recte – monere*) Regarde ce chapeau ridicule ! (*spectare, petasus comicus*) « Rien n'est plus important (*majoris momenti*) qu'une cravatte bien nouée » (*focale, ornate – nodare*) (dixit Oscar Wilde) Les robes (*stola*) de la reine d'Angleterre sont hideuses (*foedus*) mais elle aime porter (*indu*) des vêtements roses.